instrueretur aaron · quomodo eum ad altare oportebat accedere · & quo supplicatio
num ritu propitium faceret dñm · ut ne & iam ipse incurreret haec quae incurrerant
filii sui · incaute & inconuenienter accedentes ad altare di · alienum ignem & non illum
qui diuinitus datus fuerat offerentes · propterea ergo de his hoc modo prophetata
est lex · & locutus est dñs ad moysen · postea quam defuncti sunt duo filii aaron · dum
offerrent ignem alienum ante dñm & defuncti sunt · & dixit dñs ad moysen loque
re ad aaron fratrem tuum ut non intret omni hora in scā interiora quod est in
tra uelum ante conspectum propiatorii quod est super arcā testamenti & non mo
rietur · ex quo ostenditur quod si omni hora introeat scā non preparatus non
indutus pontificalibus indumentis neq: hostiis quae statutae sunt preparatis
neq: propitiato prius dō morietur · & iuste quidem tamquā qui non fecerit ea quae
conuenit fieri antequam accedatur ad altare di · omnes nos iste sermo contingit · ad
omnes pertinet quod hic loquitur lex · praecepit enim ut sciamus quomodo accedere
debeamus ad altare di · altare est enim super quod orationes nostras offerimus dō ·
ut sciamus quomodo debeamus offerre · scilicet ut deponamus uestimenta sordida
quae est carnis inmunditia · morum uitia · inquinamenta libidinum; aut ignoras
tibi quoq: id est omni ecclesiae di & credentium populo sacerdotium datum · audi
quomodo petrus dicit de fidelibus · genus inquit electum regale sacerdotale gens
scā populus in adquisitione · habes ergo sacerdotium quia gens sacerdotalis es ·
sed ideo offerre debes dō hostiam laudis · hostiam orationum · hostiam misericor
diae · hostiam pudicitiae · hostiam iustitiae · hostiam scitatis · sed ut haec digne of
feras · indumentis opus est tibi mundis et segregatis a reliquorum hominum commu
nibus & ignem diuinum necessarium habes non aliquem alienum a dō sed illum qui
a dō hominibus datur · de quo filius di dicit · Ignem ueni mittere in terra · & quā
uolo ut accendatur · Si enim non hoc sed alio & huic contrario igni utamur · illo qui
se transfigurat sicut angelum lucis · eadem sine dubio patiemur quae nadab pas
sus est & abiud · praecepit ergo mandatum diuinum, ut instruatur aaron ne om
ni hora intret in scā ad altare · sed cum fecerit prius ea quae fieri mandantur ne
forte moriatur · sed primo omnium ostendamus quomodo haec quae de sacri
ficiis conscribuntur figuram esse apostolus dicit · & formas quarum ueritas in

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0493